



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 49. Raymundus Cardona Pro-Rex Neapolitanus fæderatis copiis  
præfectus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](#)

dii computatione, deductisque copiis ad tuendum Neapolis Regnum necessariis, Sæcul. XVI.  
A.C. 1511.  
supererant mille ducenti Lancearii, mille levioris armaturæ equites, præter duodecim peditum millia. Demum ad sustentandas hasce copias utrinque sancitum, ut Papa, Venetique singulis quisque mensibus viginti aureorum millia subministrarent, si vero expensæ hanc summam excederent, tertiam earum partem Hispani solverent. His stabilitis Regis Catholicæ Legato literæ argentariæ submittebantur, ad quarum fidem octoginta aureorum millia Neapoli numeranda essent, ut ea ex summa duorum mensium stipendia copiis prænumerari possent. Alio præterea articulo statutum, ut Veneti irruptione in Longobardiam facta hostium vires distraherent, urbesque ante Cameracense fœdus ab eis occupatas, si denuo illas fœderatorum armis recuperarent, Pontifici depositi nomine relinquerent, mediumque sumptuum partem ad instruendam classem sustinerent.

### §. XLIX.

*Raymundus Cardona Pro-Rex Neapolitanus fœderatis copiis  
præfetus.*

Gravior disceptatio circa supremi Bel-Raynald. ad  
ludicis electionem fœderatorum anni 1511. n.  
mos 66.

Sæcul. XVI. mos tenebat, quippe contendebat Pon.  
 A.C. 1511. tifex, quod honor Virum ad summum  
Ciacon. in exercitus imperium nominandi Sedi A.  
Jul. II. t. 3. postolicæ deferendus foret: Veneti ex  
p. 229. adverso propugnabant, se longævi tem-  
 poris prærogativa Italicæ libertatis Custo-  
 des fuisse, hunc vero honorem eis præ-  
 ripi, si belli Præfectum feligendi auto-  
 ritate spoliarentur: Prævaluere tamen  
 Hispani Legati rationes, unoque ore con-  
 clusum, quod supremum exercitus Im-  
 perium Hispano afferendum esset (\*).  
 Mox plurium animis ea insedit opinio,  
 aut Consalvum, aut certe Petrum Na-  
 varram a Rege nominandum esse; ast  
 neglecto utriusque obsequio, Ferdinan-  
 dus Raymundo Cardonnæ Proregi Nea-  
 politano bellici imperii summam detulit,  
 qui tamen nec milites, nec Ducas partes  
 explere didicerat, cetera Aulicus omni-  
 bus numeris absolutus, Regis imperan-  
 tis voluntati adeo sine discrimine ad nu-  
 tum intentus, ut jussa æqua ab inquis  
 discernere haud valeret.

## §. L.

(\*) Allegantur Ciaconins, & Raynaldus  
 tanquam nugacis hujus contentionis testes, quo-  
 rum tamen neuter vel verbulo illius mentionem  
 facit.